

Probatuꝛ & sequentibus argu-
mentis, nullam moralem virtu-
tatem nobis natura insitam.

1. Quae natura nobis insunt, ea nulla assuetudine
possunt mutari, ut aliter sese habeant. Sed
mores et virtutes possunt assuetudine
mutari, interdum enim meliores fiunt, interdum
etiam corrumpuntur et fiunt deteriores.
Igitur morales virtutes non insunt a natura.

2. Semper potentia in rebus naturalibus antecedit
actum. Virtutum vero actiones anteceden-
t sunt ipsum habitum virtutis.

3. Quae natura nobis insunt, de his acquirendis
non necesse est leges ferre. Sed de acquir-
endis virtutibus et moribus necesse est leges ferre.
Vergo.

4. Quae ex ipsis et per eadem generantur et
corrumpuntur, ea non sunt a natura: Sed habi-
tus virtutum moralium ex ipsis (nempe
actionibus) et per eadem generantur et corrumpuntur.
Igitur &.

ita

ci
in
ra
C
B
L